

possit esse testis ultra Clarum nostrum, & per eum citatos hic tenent Michael Grassi libro primo recept. sentent. §. testamentum. quæst. 57. num. 3. Ioan. Bapuit. Villalob. in commun. opin. lit. M. num. 144. Viuius in commun. opin. de testib. verb. testis esse non potest mulier in testam. num. 2. Emmanuel Soarez in thesau. recept. sentent. lit. M. uum. 165. Iosephi. Mascard. vers. 2. de probatio. n. b. conclus. 763. num. 4. hoi que referens Farinac. d. tract. de testib. q. 59. n. 59. & 60. ubi subiicit, an hac opinione (quicquid alij contradicant) non esse recedendum: vipotè quæ non solum à Doctõrib. magis cõmuniter recepta, sed etiam vsu per Notarios obseruata sit; qui nõquam soleant, etiã in terris Ecclesijs, feminas in testamento, in testes adhibere. Harpr.]

d Inter liberos.] Hic aduertere, quod illud non procedit, vbi præcederet aliud soleme testamentum institutum extraneis: quia tunc secũdum, si sit soleme, tollit drimum, Nat. consil. 142. num. 2. Giachar.

e An mulier possit esse testis in codicillis.] Mulie rem ¶ in codicillis quoq; à testimonio repelli opinantur, Philippus Decius in l. 2. ff. de regul. iur. nu. 26. ad fin. Cuiac. & Dau th. in l. qui testamento. 20. §. mulier. ff. qui testam. fac. poss. Reuber in tract. de testib. pag. 82. & seqq. Sed contrarium, quod nimirum mulier in codicillis testis esse queat, cõmuniter Doctores tuentur, Accurs. Bart. Bald. Alber. Cast. & alij in d. l. qui testamento. 20. §. mulier. ff. qui test. fac. poss. Io. a Plate a, Faber, Angelus, Portius, Viglius, Nonius, Schneidevinus, Heigius, & alij in d. §. testes. 6. Infit. de testam. ordinan. Arumæus exercit. Iustin. 7. thes. 14. Vafq. lib. 2. de success. creat. §. 12. requir. 2. num. 12. Grassi d. §. testamentum, q. 57. nu. 4. Mascard. d. volu. 2. de probat. concl. 763. num. 7. Farinac. d. tract. de testib. q. 59. nu. 12 me. 64. Alijque plurimi, ab eo congesti. Huiusque testimonij sententia multiplex est ratio: Tum quia omnes possunt esse testes, qui non expresse prohibentur. l. 1. §. 1. de testibu. At mulier in codicillis dicere testimonium nusquam prohibetur. Tum ¶ quia probationis facultas in dubio non angustianda est: sed potius, ceu fauorabilis, amplianda, l. quoniam 21. in fin. C. de hæretic. cap. odia. 15. de reg. iur. in 6. Tum ¶ quia non debemus plures ad actum aliquem confingere solemnitates, quam lex expressit, argum. l. quod cõstitutum. 21. ff. de testam. mil. l. illam 19. §. de collatione. C. de collationib. Nou. 18. cap. 5. Atqui nulli appareret, leges hanc solemnitatem exegisse, vt testes in codicillis adhibendi virili sint sexus. Simpliciter quidem exprimitur in l. fin. §. vlt. C. de codicill. testes quinque in codicillis interuenire debere: sed non additur, masculos dumtaxat, non autem feminas idoneas esse. Tum postremo, quia mulier hanc etiã ob causam testis in testamento esse prohibetur: quia veteres ad solemnia nec mulierem nec seruum admittebant, d. l. qui testat. 20. §. mulier. 6. & §. seruus. 7. ff. qui testam. fac. poss. Iam §. testu adhibitionem ad solemnia pertinere, euincitur ex d. l. qui test. 20. §. & veteres. 8. ff. eod. & l. si vnus. 22. C. de testam. Sed hæc ratio cessat in codicillis; cum hi ¶ nullam solemnitatem ordinationis desiderent. §. vltim. In fit. de codic. Ergo si hęc quoq; prohibitio cessare debet, argum. l. adigere. 6. §. quãuis. ff. de iur. patr. l. ex factõ. 43. in princ. ff. de vulg. & pupil. subst. capit. cum cessante 60. extr. de appell.

16 Nec huic ueriori sententiæ aduersatur, l. hac consultißima. 8. §. quæ in cunctis, C. qui testam. face. poss. ubi dicitur eundem modum in codicillis debere obseruari, qui præscribitur testamentis. Agitur enim in illa lege de testamentis, & codicillis eorundem, qui codicillis eundem modum obseruant, & eandẽ quodammodo solemnitatem desiderant, quã testamentis: quod scilicet adhuc vnus testem, vel notariũ exigant, qui subscribat. Nostra autẽ questio in genere de codicillis propõta est: quorum constat minorem, quam testamentorum, imò nullam solẽnitatem esse. d. §. vlt. Infit. de codic. l. si idem 7. & d. l. fin. §. vlt. C. dic. ut. Quod igitur specialiter in testamentis, & codicillis eorundem receptum est: nõ est producendum ad consequentiã, l. quod vero. 14. ff. de legib. Cetera dissentientium argumenta diluimus in d. §. testes. 6. nu. 11. & seqq. Infit. de testam. ordin. Harpr.]

f Fratres.] Et quod fratres Prædicat. possint esse testes in testamento, in quo eorum Ecclesiæ aliquid relinquatur, commune etiã habetur per Dec. in cõf. 62. col. 1. quod dixi in colle. mea cõm. opin. verb. fratres. nu. 4. Giach. Nunquid monachi, & fratres medicantes possint ¶ in testamento testes adhiberi.] Monachos, ¶ aliosque religiosos in testamento posse testes adhiberi, ultra Clarum nostrum, tradiderunt Bald. in c. nuper. extra. de testib. & conf. 2. lib. 2. Zabart. conf. 97. Signor. conf. 157. las. in auth. ingressi, C. de sacros. eccl. Aret. conf. 159. Paris. conf. 60. nu. 12. lib. 3. Boss. in tit. de opposit. contr. testa. nu. 92. in fin. Eman. Soarez in thes. recept. sentent. lit. T. n. 116. quos omnes, & plures alios refert, & sequitur Prof. Farin. d. tract. de testib. q. 61. nu. 126. & seqq. vbi hanc conclus. nonnullis limitationib. declarat. Harpr.]

g Nunquid legatarius.] Et quod legatarius indistinctè pro herede in testem admittatur, commune dixit Alex. in l. dictantibus. nu. 2. C. de test. commune, & fusius dixi in collect. mea cõm. opin. §. legatum. nu. 3. vbi vide. Giach.

Nunquid legatarius possit esse testis in testamento.] Legatarios ¶ indistinctè, tam in nuncupatio, quam scripto testamento ad testimonium ferendum admittendos esse, scripserunt Ang. Aret. nu. 1. Io. Faber nu. 3. Heigius nu. 5. Viglius, & Tob. Non. nu. 9. in §. legatarius. 11. Infit. de test. ord. Fichar. in addit. ad Villalob. litt. L. nu. 55. & Villalobus in litt. T. nu. 31. Connan. lib. 9. Commentar. iur. ciu. c. 3. nu. 6. Ruber. disput. 11. ad Infit. th. 6. Giach. hic in suis addit. Reufner. in tract. de test. par. 3. c. 21. nu. 12. Farin. in tract. de testib. q. 60. nu. 188. & Illico Vmmius disput. 16. de process. iud. thes. 3. nu. 20. Horumque sententia confirmatur ex d. §. legatarijs. 11. Infit. de testam. ordin. vbi idcirco legatarijs, & alijs personis eius cõiunctis, testimonium non denegatur; quod non iuris sunt successores. Ex qua ratione perspicue euincitur: nullam esse, quoad hunc articulum, inter testamentum nuncupatiũ, & scriptum differentiam. Siquidem ¶ legatarij non iuris, sed tantummodo rerum sibi legatarum successores sunt, siue ex nuncupatio, siue scripto testamento aliquid capiant. Sed & huc non parum confert rextus in leg. qui testam. 20. in princ. ff. qui testam. fac. poss. vbi Vlpianus de legatario in testamento adhibendo generaliter loquitur: nec ¶ distinguit testamentum, quod sit per nuncupationem, ab eo, quod in scriptis conficitur. Ergo neque nobis distinguendũ erit

erit. l. de pretio. 8. ff. de public. in rem act. Nec oberit, quod regerunt dissentientes in d. l. 20. quari, valeat testamentum, in quo testis aliquid relinquatur: non autem, an legatarius in testamento recte; testis adhibeatur. Hoc enim licet concedatur: nihilominus tamen est verissimum, quoties testamentum valet, toties omnes testes recte esse adhibitos: cum ex testibus magna ex parte testamenti vis dependeat: Nec item mouet, quod ¶ obijcitur; in testamento scripto legatarium ignorare, sibi quid relictum esse: ac proinde eũ non videri dicendum testimonium pro testamento imperfecto, aut iniustio. Nam hac ratione haeres quoque admittendus foret, qui & ipse, hæc edem se esse institutum, ignorat. Imò non omnia scripta testamenta sunt clausa, seu mystica: sed sæpenumero etiam testibus legenda proponuntur. Potest etenim testator complicare scripturam, si velit testes ignorare, quid in testamento scriptum sit: potest itidem apertam scripturam subscribendam, & consignandam testibus offerre, si non curet, testes voluntatem suam scire. l. hac consultißima. 21. in princ. C. de testam. §. fin. autem. 3. Infit. de pupill. substituit. Potest similiter in præsentia testium, eorundemque legatariorum testamentum dictare: vbi certe testes sibi legata relinquunt, audiunt. l. dictantibus. 22. C. de testam.

22 Neque obstat, quod ¶ legatarius ex testamento emolumentum ad se perueniturum sciat. Licet enim regulariter testis ea in causã nemo esse possit, cuius commodum ad ipsum spectat. l. nullus. 10. ff. de testib. & l. omnibus. 10. C. cod. tamen regula illa locum non habet, vbi is, cuius in fauorem receptus est, ¶ ne talis testis admittatur, eum admittere desiderat. Tunc ¶ equidem is fauori pro se introducto renunciare potest. l. penult. C. de pact. Est autem in testatoris fauorem introductum, ne testes suspecti, de ipsius voluntate deponentes, audiantur. Si igitur testator eiusmodi testes testamento suo adhibet, & his fidem adhiberi vult: vnique ratio postulat, vt ea in re voluntatem illius sequamur: ne ¶ quod in fauorem eius introductum est, in eiusdem odium retorqueatur, l. quod fauore, 6. C. de legibus cap. quod ob gratiam. 6. 1. de reg. iur. in 6. Vide ea de re varie, & diuersimode sentientes, Iohannem Andrea in addit. ad Speculat. tit. de instrument. edit. §. restat. in addit. incipiente, audiuit, & c. Panormit. in cap. insuper. 6. extr. de testib. Socinus in l. si quis ita. 14. ff. de reb. dub. Curtius consil. 178. Duarenium ad tit. ff. qui testam. poss. sub rubr. de testib. in testamento idoneis. vers. quidam ex veterib. Donell. lib. 6. Comment. de iure ciuili. cap. 17. circa fin. Ioan. Dilect. Duran. in tract. de arte testand. tit. 2. caut. 9. Michael Grassi. lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 57. num. 15. & Antonium Fabr. de errorib. pragmat. decad. 66. error. 1.

25 Porro cum indubitatum sit, legatarios ¶ & fideicommissarios singulares in testamento testes esse posse. dict. §. legatarios. 11. Institut. de testamento. ordinand. non incommode queritur, an etiam fideicommissarius vniuersalis, cui tota hæreditas ex Senatusconsulto Trebelliano restituenda est, in testium numero esse queat? Et quãuis id pernegent Doctores communiter, Accursius, Ioan. Faber, Eguinarius Baro, Portius, Angelus, Aretin. Nonius & Nicasius in dict. §. legatarijs. item Baldus, Corneus, Sichardus & alij in dict. l. dictantibus. 22. C. de testamento. Campege. de testib. reg. 74. Crotus de testib. numero 17. cum seq. Antifer. de reprob. testium numer. 46. Ioan. Maria Monticell. in suo repertor. testium. verb. testes in testamento, fol. 326. Mascard. volum. 3. de probat. concl. 1357. numero 5. Reuber. in tract. de testib. pag. 31. & Farinac. dict. tract. de testib. quæst. 66. num. 303. attamen affirmatiua sententia hæud improbabiler disputado defendi posse videtur. Tum quia Iustinianus Imp. generaliter & id distinctè loquitur. d. §. legatarijs. 11. Infit. de testam. ordinand. Tum quia negotium non inter testatorem, & fideicommissarium vniuersalem, sed

inter testatorem, & heredem geri intelligitur, §. sed neque haeres. 10. Infit. d. tit. Tum quia nullibi testimonium fideicommissario vniuersali interdictum inuenitur: vnde efficitur, eum non esse ab officio testis remouendum, per regulam l. 1. §. 1. ff. de testibus.

¶ **Sed nunquid filius poterit pro patre testificari in testamento? Respond. absolute, quod non: siue filius sit in potestate, siue emancipatus, & siue pater condat testamentum, siue ipse pater sit ab alio hæres in testamento institutus. Ita tenet Bart. in dict. l. qui in testamento. §. quacunque, num. 2. & est communis opin.**

¶ **vt dicit Aret. in eod. §. quacunque. post num. 5. vers. & contra illam, & merito filius est in hoc suspectus, cum secundum communes regulas censetur vna, & eadem persona cum patre.**

¶ **In hoc etiam proposito notandum, quod superioribus diebus contingit in practica, quod si aliquis alias inhabi-**

Non aduersatur huic opinationi; quod ¶ fideicommissarius vniuersalis pro hærede reputatur, §. restituta. 3. Infit. de fideicommissar. hæreditatibus. Illud enim quoad commoda hæredis recte dicitur, quæ omnia ad fideicommissarium, tantquam ad hæredem, post resitutam hæreditatem pertinet, leg. 1. §. 2. ff. ad senatusconsult. Trebellian.

¶ **quoad ¶ alia vero ab hærede discrepat: & comprimis in hoc differt, quod non cum ipso fideicommissario, sed cum hærede negotij testamenti geri censetur. Quæ differentia merito etiam diuersum ius inter vtrumque, quoad testimonium dicendum, producit. Neque ad rem pertinet, quod obijcitur, fideicommissarium ¶ vniuersalem iuris esse successorem. Quia simpliciter negatur: fideicommissarium, cui vniuersa hæreditas restituenda est, iuris successorem esse: siquidem iura actiua, & passiuã per restitutionem, & sic quasi traditionem consequitur. leg. 1. §. 2. & passim. ff. ad senatusconsult. Trebell. Et hanc ipsam tenet sententiam Iason in d. l. dictantibus. 22. numero 2. C. de testamento. Ceterum, quod de legatario: & fideicommissario hæctenus dictum est; idem quoque in eo, ¶ qui ¶ tutor testamento est scriptus, procedit. Nam & sic recte adhiberi testamento testis potest, si eum nihil aliud impediatur, d. l. qui testamento 20. in princ. vers. quod in legatio. ff. qui testam. fac. poss. Quãuis ¶ enim causã pupilli ¶ quasi propria tutoris, qui loco domini habetur, adeoque in ea idoneus testis esse non possit, l. qui fundum. 7. §. si tutor. ff. pro emptore. l. interdum. 56. §. qui tutelam. ff. de furt. l. is, qui in puteum. 11. §. an ignoscitur. 7. ff. quod vi aut clam. l. vltim. ff. de testib. antequam tamen tutelam suscipiat, nondum scilicet adita hæreditate, testis testamento licite adhibetur. l. si nemo. 9. ff. de test. tutel. Reufner. in tract. de test. par. 3. c. 21. nu. 10. Harpre.**

¶ **Siue filius sit in potestate, siue emancipatus.]** Esti Clarus noster hoc loco, post Bartolum à se citatum, pluresque alij, quos refert, & sequitur Prosper Farin. d. tract. de testib. quæst. 54. num. 154. existimant, filium ¶ emancipatum in patris testamento testificari non posse: contraria tamen sententia verissimilior iudicatur, per textum in §. in testibus. 9. Infit. de test. ordinand. & in l. qui testamento. 20. ff. qui testam. fac. poss. vbi cum nominatim, & specialiter filius, in potestate patris existens, prohibeatur esse testis in testamento patris: inde hæud obscure colligitur, diuersum in filio emancipato statuendum esse. Cur enim de filiofamilias duntaxat istud scriberetur: si ¶ idem in filio emancipato obtineret? Accedit, quod ¶ quoties vnus ex pluribus aliquid facere prohibetur, toties ceteris id permitti videatur, l. eum prætor. 12. in princ. ff. de iudic. Cum igitur filiusfamilias prohibeatur in patris testamento esse testis, hoc filio emancipato permitti intelligitur. Nec obstat, quod ¶ domesticum testimonium iure non valeat. dict. §. in testibus. 9. Infit. de test. ordinand. d. l. qui testamento. 20. in fine principij, ff. qui testam. fac. poss. l. parentes. 6. C. de testib. At domesticum sit testimonium, quod patri perhibet filius emancipatus. Et enim respondetur, ¶ domesticum illic testimonium dici, quod ex vinculo patrie potestatis, non etiam cognationis, ¶ estimatur: quemadmodum docent Theophilus, Viglius, & Heigius in §. pater. 8. Infit. de test. ordinand. Coman. lib. 9. commentar. iur. ciuili. cap. 3. num. 4. Eius ¶ siquidem vinculatione pater, & filius vna eademque esse persona censentur, l. vltim. C. de impuber. & alijs substi. & pars quodammodo corporis patris est filius. cum scimus, 2. prope finem. C. de agricol. & cõsit. adeoq; vna caro reputantur pater, & filius can. contradicimus 21. §. hac auctoritate. caus. 35. quæst. 3. Sicut ergo nemo pro se ipso; ita nec